



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

ideo perdit tutelam filiorum, & excluditur a spe successio-
nis filiorum, secundum Corn. confi. 113. e. col. 2. uol. 1.
& contristatur anima primi mariti per transitum ad 2.
ta. ut in auct. de nupt. §. quæ uero. Roma. sing. 2 §. 1. in
tu scis. num 2.

2. Fallit quando mulier constaret acquisiuisse ex sua in-
stria. & ex suis iustis laboribus, ut quia esset nutrix chri-
stica obstetrix, uel Baylla, seu lanifica, quia quicquid ac-
quirit ex istis operibus. sibi & non uiro dicitur acquirere.
& ad præceptum uiri negotiari non tenetur, præterquam
in obsequialibus & reuerentialibus secundum Alex. conf.
133. uol. 4. inci. uere crudelis. n. 4. & Boe. late. q. 8. l. 1. n. 4. & 1.

REGULA C.

Maritus laycus an decimas per prescriptionem acqui-
rere possit, aut alia spiritualia, tu tene indubitanter q
non. Ita tenet Io. Aud. in c. 2. de præbend. in 6. Ratio quia
in istis spiritualibus non prescribitur, etiam per tantum
tempus de cuius initio non sit memoria in contrarium
quia spiritualia possideri non possunt per laycos. Abb. 1.
c. quanto i. not. de consu. Ant. de Bur. in c. peruenit de cen-
sibus. col. 6. Bal. in l. omnes in fine. nu. 3. C. de prescrip. 30.
annorum & consequenter prescribi nullo modo possunt.
Ita Felin. in c. causam nu. 2. uerfi. limita. 2. de prescrip.

1. Fallit quando laycus est in possessione spiritualium per
tantum tempus de cuius initio non extat memoria in con-
trarium, quia diuturna possessio. cum fama, inducit for-
mam priuilegii, ita q̄ retinendo & possidendo spiritualia
inducitur non solum prescriptio, sed præsumptio priuile-
gii probata ex longa fama. Ita Card. Bal. & Imol. in c. 1.
apostolicæ, de iis quæ sunt a prælat. col. 9. uerfi. non ob-
stat. Gemin. in c. 2. §. sane de decimis. in 6. Oldr. confi. 2. q.
de iure d. Cardin. in clem. 1. in princ. 20. q. de neglig. præ-
lat. Anch. confi. 157. in quæ eccl. ad finem q̄ not.
2. Fallit etiam quando laycus est inuestitus de decimis
ante Concilium, quia si laycus potest eas contra spiritum

perferbere; ex quo de illis erat intestatus, & poterat de illis pacisci, potest etiam ius earum communi perscriptio-
ne amittere. Ita Card. consi. 146. & Felin. in d. c. causam
nu. 4. de perscript. q. tu nota.

3 Fallit etiam quando layci habent inuestituram de decimis, & stante titulo cum perscriptio-
ne 40. annorum. Tunc super eis molestari non poterunt. Ita Feder. consi.
150. & Felin. & doct. in d. c. causam. nu. 1. de perscript.
cum aliis &c.

REGULA CI.

Mixtum an comprehendatur sub simplici t tu conclu-
de q. non in materia odiosa. glo. est not. in c. nullus. in uer-
bo homini. de temporibus ord. in 6. ubi dicitur, q. appella-
tione hominis non uenit clericus, sed purus laycus, &
hoc in materia odiosa, & ibi dominic. quam regulam exa-
minat late Roma. in l. 2. in princ. ff. de uerb. oblig. secus ue-
ro in materia fauorabili. ita doct. in l. si ita scriptum. ff. de
lib. & posthum.

1 Fallit quando pœnam tenderet ad salutem animæ: ita
Anto. in c. omnes. in 4. col. de pœn. & remissi. & Felin. in c.
Mandato de symon. Abb. in c. uniuersitatis in ult. col. de
sent. excommun.

2 Fallit etiam, quando in mixtura una pars, plus incale-
sceret alteri. ex quo mixtum attribui debet ei extremo,
in quo plus incalescit, uulgata. l. queritur. ff. de statu ho-
min. Matth. sing. 39. nu. 2. incip. nota q. & uide Roma. in d.
l. 2. ff. de uerb. oblig.

3 Fallit quoque in hermafrodito, qui si possit esse restis
in testamento, uel in feudo succedere: stabitur suo dicto-
cum iuramento, secundum Bald. in d. l. queritur. ff. de sta-
tu homin. & illa qualitas, quæ erit potentior alteri præua-
lebit. uulg. l. maiore parte. ff. de uerb. signifi.

4 Fallit etiam secundum legem diuinam, quia masculi-
num etiam concipit femininum, ut in prole. secundum
Decium in consi. 570. nu. 12. & Anch. in consi. incip. pro-

H 4 ampli-